



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Peccatum in genere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

à fine intendo per legem, id est, à dicto bono publico. Quare, quamvis Sanchez lib. 2. in Dec. cap. 4. num. 8. censcat esse mensurandam ex ipsa quantitate exportata: mercis spectata in se, etiam si parum Reipublice noceat: tamen probabilius est cum Castro Palao tom. 1. tr. 2. d. 2. p. 7. n. 6. esse ex dicto documento mensurandam: quod, si grave inferatur, spectatis omnibus circumstantiis, etate, annorum, necessitate regni, &c. mortaliter peccabitur: secus, venialiter.

23. Quando quis parum cibi multoties in die jejuniij assumptis, non perveniat ad gravitatem nocendum fini intendo, per præceptum jejuniij abstinendi à refectioe, venialiter peccabit: si perveniat, mortaliter. Quoniam ergo si semel, aut bis unam vel alteram nucem, v. g. eodem die comedas, non te reficis, nisi admodum leviter, idèd veniale est, illas sive simul, sive successive eodem die comedere; at si ita multiplices, ut nonabiliter reficiaris, peccabis mortaliter. Aliqui docent intra diem jejuniij (extra unicam comestionem, & extra jentaculum vespertinum) unam unicam cibi comedere, esse parvitatem materię, atque adeo sic comedentem peccare solum venialiter. Turrianus op. sum. Theolog. mor. cap. 2. §. 6. d. 17. n. 1. quem citat Pasqual. de jejuniis decis. 139. extendit ad duas uncias. Vnde hoc? certe non nisi quia ex dictis illi unam unciam, Turrianus, etiam duas parum fini prædicto jejuniij nocere, ut sunt hominum diversa judicia, probabiliter putant.

24. Hic denique adverte. Quando dubitatur an res præcepta graviter conducat ad finem, vel an gravis sit finis, præsumi probabiliter posse ac debere ita esse, si ejusmodi præceptum magno consilio, & à superiore prudenti constituitur. Ita Castro P. 1. tract. 1. d. 7. num. 4. ex Sanchez lib. 1. in Dec. cap. 4. num. 3. Ratio est, quia ex communiter contingentibus præsumendum est pro superiore prudente; prudentes enim non solent præceptum grave imponere, nisi ad finem gravem, deque re ad gravem finem graviter conducente: Quod si clarè de imprudentia constet, vel etiam, omnibus perpensis dubiè, vel ex aliquo capite præsumatur præceptum, ejusque poenam ad terrorem duntaxat ferri, leve quid est reputandum, quia tunc prævalet subditi libertas, juxta ea, quæ disputabuntur infra cap. 3. §. 7. v. leges, latius.

25. Semel Episcopus prohibuit sub poena excommunicationis, ne moniales aliquid exciperent ex floribus domestici hortuli: sic urgente hortu præfecta, ad communem recreationem conservandam. Interrogatus ego, an id sub mortali obligaret, Respondi nequaquam, quia manifestè constabat finem esse admodum levem: imò, ut etiam Vicario familiaris cum admonui, ne modicis huius generis culpis tam gravem poenam imponeret, sciret potius sic contemni præcepta solere, quam custodiri: poenamque excommunicationis, quæ severissima est, tam vulgarem habere, nimis esse reprehensibile.

Facit ad hæc Sanchez, qui excommunicationem fortè latam adversus consummantes matrimonium, non præmissis benedictionibus, ait, minime ligare; quia Excommunicatio ferri non potest, nisi ubi adest materia imponendi præceptum obligans ad mortale, quæ materia non apparet in ea consummatione, nisi forte aliquando disti in aliqua Diocesi solerent differri ejusmodi benedictiones; nam tunc posset sub excommunicatione præcipi, ut intra tempus commodum, v. g. intra semestre, adhiberentur. Hæc ex illo. Vbi vides invalidè excommunicationem ferri circa rem, quæ non est apta, ut de ipsa imponatur præceptum grave; At certe materia, cujus finis, modo dicto est levis, gravis esse mortaliter non potest, &c.

De Veniali ex imperfectione actus.

26. Duplici modo transit mortale in veniale ex imperfectione actus, ita S. Th. p. 2. q. 88. art. 2. communiter receptus. Primum ex defectu deliberationis: id est, quando non plenè, ac perfectè intellectus advertit ad objecti

militiam, nec de ea, expendendo singula, deliberat; ita sepe occurrit in semimortiente, in semibrio, in distrachto ad alias cogitationes. Secundò, ex defectu pleni consensûs: quando scilicet voluntas objectum malum non amplectitur toto, ut ita dicam, actu, sed subreptione quadam; unde, & imperfectè: ita fere accidit in motibus quibusdam subitaneis.

27. Ad quorum intelligentiam, nota, in voluntate triplicem reperiri posse motum in rem, seu objectum aliquod, ita Petrus Sotus de insti. Sacer. Tr. de discrim. pec. lect. 8. & passim apud Merol. t. 1. d. 2. e. 4. c. 7. n. 103. Alius est primò primus, qui ita celer est, rationemque hominis prævenit, ut illum cohibere sub ejusdem potestate non sit. Alius est secundò primus qui impediri quidem potest, sed sub quadam tenui, seu semiplena libertate, id quod accidit propter hominis ad singula discurrenda, tarditatem, qui nos raro, licet advertat rem esse malam, imperfectè tamen veluti in consilio advertit, unde, & non plene consensit ad illam movetur. Alius denique motus est deliberatus, & perfectus, quando nimirum est plane liber, cum sit ex ratione singula expendente, & ex voluntate, expedito consensu, se inclinante.

Primes motus ex his, etiam quando objectum est mortaliter malum, nullum est peccatum: Secundus est veniale: Tertius mortale: quæ est communis doctrina, quidquid loan. Sanchez in sel. d. 18. quem rectè Castro palao t. 1. d. 2. p. 6. n. 3. impugnatur, in contrarium innuat. Iam vero difficultas in eo sita est: qua ratione dignoscendum sit acesse, vel abesse in actu plenam deliberationem, pleneque consensum; Dantur sequentes conjecturæ ex eodem ibid. an. 5. nam aliquando certitudinem habere, nisi Deus, qui animum nostrum solus inspectit, homo non potest.

28. Prima est desumenda ex defectu ætatis, quia non attingitis septennium, tunc enim si dubites an acquisieris plenam libertatem, seu usum rationis, præsumere potes non acquisivisse. Idem, si dubites, an perfectè à somno fueris excitatus, vel ebrietatem deposueris, vel distractionem mētis alias res cogitantis excusseris; quia hæc, cum perfectæ sunt, libertatem impediunt, ergo cum imperfectè existunt, illam diminuant. Ita Bonac. disp. 2. de pec. q. 2. p. 3. n. 9. sine citat. Thom. Sanchez. & Filiuc.

Secunda conjectura est: Si animum firmiter habes, & sæpe repetitum nunquam committendi mortale: præsumere enim potes peccatum non plenè consensisse; nam quando aliquod odio multoties est habitum, si deinde plenè amatur, facile & sine difficultate cognoscitur, ita Caietan. in summa, v. delectatio mortalis, apud Merol. t. 1. d. 2. cap. 4. d. 7. n. 108. sine.

Tertia est, Si facile potes peccatum exequi, illudque cum tui compos es, pro viribus respuis; præsumere enim potes, antea non plenè consensisse, siquidem non ita facile affectus mutatur. Ita Sanchez l. c. n. 27. Bonac. l. c. n. 19. Hinc quando motus parvus tempore ferè imperceptibili insurgit, & paulo post, ut advertis, curas expellere, est signum nullius, aut certè imperfecti duntaxat consensûs præstiti.

Quarta conjectura sumitur ex communiter contingentibus, quæ sunt efficacissima, ita Meno. h. lib. 1. præsump. 18. & lib. 5. præf. 3. Vnde si quis timorata sit conscientia, peccatumque mortale abhorreat, præsumendus est non plenè consensisse, cum de consensu dubitat: secus si perditis moribus sit: hic enim, cum peccatum, velut aquam bibat, cum dubitat, præsumere potest verè ebibisse. Ita Sanchez l. c. n. 20. Bon. n. 16. Sayr. in clavi. lib. 8. c. 7. n. 6.

29. Quælibet ex his conjecturis regulariter facit opinionem probabilem, qua tui esse possumus, non assuise libertatem saltem perfectam, unde nec peccatum mortale.

Peccatum in genere.

30. Quares, si quis solum advertat in objecto malitiam in genere, verbi gratia, mendacium cum juramento, vel verbum otiosum esse mala, sed præcindat an mala sint gravia an levia, potestne id habere pro conjectura

ta, quod amplectendum tale obiectum commiserit solum
peccatum leve. Respondo in pueris potestita lo. Sanc.
in Sele. d. 17. q. 10. quando enim hi sunt in confinio
adulterant rationis, sæpe occurrunt, ut cognoscant in
confusio rem esse malam, sed nondum pertingant ad co-
gnoscendum qualiter malicie, an gravis sit, an levis, &
tunc certò mihi videtur in mortale hi nequaquam labi,
quia malitiam mortalem nondum cognoscunt. Vide mox
p. 37.

31. At verò, si deiis, qui perfectum usum rationis
habent sit loquens, non est universalis coniectura: nam
propterea Doctores apud Thom. s. lib. 1. in Decap. 11. n. 6.
alique apud Castrop. 1. n. 1. p. 3. n. 4. & 5. Item Vasa-
ri. 19. art. 6. d. 19. c. 3. n. 20. communiter docent tunc
gravitatem, vel levitatem peccati defuncti debere ex ipso
objecto, scilicet materia peccati, & sic illud mendacium cum
iuramento altum n. 3. esse mortale, verbum verò otio-
sum esse veniale, etiam in utroque solum adverteat
malitia præcédens à gravi & levi. Cuius doctrinæ ratio
esse potest, quia ut habet Layman lib. 1. c. 4. n. 37. in
tanta determinatione dicti casus præsumendum est ho-
minem, licet non actualem, ut peccaminosum sub ea gravitate,
vel levitate, in qua re ipsa est, vel saltem præsumendum
est, non nimis ab eius qualitate aberrare, licet distin-
ctè non satis cognoscere videatur.

32 Ergo quoad proximum, probabile purum, si de hominibus cuius, & doctoribus agamus, acquiescendum esse allata doctrina, atque adeo tunc conjecturam peccati faciendam esse ab ipsa qualitate objecti, seu materie; at si de rudioribus, v.g. rusticis, mulierculis, & similibus sermo fit, pronuntiandum esse non peccare nisi venialiter.

veniale est, quia præsumere possumus illos doctores aliquo tantem modo (ut diximus ex Layman) qualitatem malitiam cognoscere. At si rudiores, nec apti sunt ad illam virtualiter apprehensionem habendam ; nec sciunt, nec regulariter adveniunt ad obligationem examinandi, utrum id quod agunt mortale sit, an veniale; cum igitur solum se illis offerat malitia quædam indeterminata, illam tantummodo continentem, quæ cum sit communis, & præcendens mortali, & veniali, imperfecta est, atque adeo ad culpam levem reducenda ; ita Val. p. 4. p. 4. q. 3. fine, & trans Nau. in *summa latina*, præd. q. num. 9. Idem posse evenire doctioribus non dubito, quia sapiens non semper sapit, ut ait Plinius, præsertim in subitis quibusdam casibus, in quibus & ipsi non solent ad prædictam obligationem advertere.

non solum ad prædictam obligationem, sed etiam ad
33. Confirmo ex Io. Sanchez. d. 17. n. 10. *Quo fit* (inquit)
pueris falso iurantes, non differens. *An sit parare se ma-*
lum grave, vel leve, venialiter delinquere ex imperfecta
cognitione offese, quia non sunt potentes discernere gravitatem
malitiae, & quamvis plures apud Thom. Sanchez, lib. 3. In
descap. 11. n. 6. dicant peccare mortaliter eum, qui cogno-
scens aliqua mali agere, non curat discernere, an veniale
sit an mortale: ex eo enim se periculo peccandi mortaliter
ultrò tradit, quod verisimile arbitror: non tamen à nobis
italia adveniantur, cum puer, cum iurat, etsi cognoscat
se malum committere, non tamen se isti offese, quod obdura-
tus sit examinare quanta sit culpa; nec ob id se tradere
periculo committendi mortale, cognoscit. Sicuti percipitur
à grandævo. Hæc Io. Sanchez: sublimè: At grandævus
rudior, immò interdum etiam doctior non advertit ad
dictam obligationem; ergo nec peccabit mortaliter, De
hæc re dixi olim breviter lib. 2. Meth. confessionis, c. 1.
§. 15. num. 92.

34 Si quis ita in genere statuat, Volo offendere Deum non est mirum, quod peccet mortali ter; quia tunc non adest solum malitia præscindens, de qua hæc tenus, sed determinata, & veluti immediata contra Deum, id quod sapientia Dei contemptum; cum enim ad nullam materiam descendat, videtur contra ipsum Deum immediate operari velle, quod est grave.

35. Hæc solet esse vel ignorantia, vel in aliquibus
Part. I.

calibus necessitas. Quoad primum. Si quis ex ignorantia inculpabili putet aliquid esse veniale, quod alias est mortale, venialiter tantum peccabit. Ita S. Thom. p. 2. q. 76. art. 3. quem omnes sequuntur apud Merollam, l. 1. d. 1. c. 2. dub. 2. n. 8. Ratio est, quia, ut infra videbimus, peccatum debet esse liberum, et voluntarium procedens ex cognitione singulorum: cum ergo hoc supponamus cognoscitum, et quidem citra culpam, malitiam leuem, leve erit peccatum.

Idem erit si ignorantia sit culpabilis tantum venialiter. Ita Val. Sosa. Sanc. alique apud eundem Meroll. *ibid.* dub. 3. quia tunc, cum non adit nisi culpa ignorantia, quam supponimus esse venientem, non nisi venialiter inficit actionem. Quamvis sint ejusmodi ignorantia, habebis, si Deo placeat, *infra* c. 2. §. 10.

36. Quidam fecundum, aduertendum est, ad se præceptum grave, nõ quia cooperetur cum peccato alterius, qui enim cum alio concurrit ad actionem malam, peccati illius particeps sine dubio fit. V.g. si quis mulierem excitat ad fornicandum cum alio, quamvis ipse non fornicetur, particeps est peccati illorum. Jam veniente alio quando solet, ut quis cooperetur ad quasdam actiones materialiter malas, & tamen non peccet, quia nimirum quasi inuitus, & non potens aliud agere cum ea actione cooperatur. Locat v.g. domum suam quis Meretrici. Hic videtur cooperari cum ejus peccato, dum dat illi opportunum locum gecedandi, & tamen, quia id facit ne amittat locationis sue pretium, non censetur peccare. Necessitas igitur excusat in aliquibus materiis a peccato, quia tamen debet esse proportionata actioni, cui quis cooperatur; hoc est, ut sit gravis, quæ excuset a peccato cooperationis cum actione graviori materiali: gravior, quæ a peccato cooperationis cum actione graviori materiali; fortior enim causa, ut ex se patet, debet excusare a cooperatione cum actione, cui conjungitur homicidium, quam cum futurum, vel cum actione, cui proxime conjungitur idem homicidium: quàm, qui remotè, &c. Hinc ergo fit, ut si parum, seu leviter deficiat necessitas a tali debita proportionè, leviter tantum peccetur, de qua tamen tota re commodius dicitur inferius, & interim legi potest Mero. r. 1. c. 4. dub. 10. Castrop. tom. 1. sr. 6. de charitate, tota dis. 6.

• §. IV. De Mortali per accidens.

1. **V**eniale transire per accidens potest in Mortale
sex ferè modis. Ratione finis, contemptus, peri-
culi, conscientie erroneæ, scandali, denique ratione unio-
nis multorum venialium, in aliquibus casibus. Jam de
singulis breuiter.

Mortale ratione finis.

2. Duplici id modo evenit. Primo si veniale commit-
tur propter finem mortalem; ut si quis mentiatur, ut
adulteret; ita Sanchez lib. 1. in dec. c. 5. n. 7. ratio est, quia
actio specificatur a fine, ergo si fine gravior malo mal-
gravior fiet. Qua ratione id peccatum aperiri confessario
debet fuisse declaravimus lib. 2. meth. confess. c. 1. §. 2. n. 1.

3. Secundo. Veniale transit in Mortale, si in veniale ultimum finem quis constituat. Ita S. Thom. 2. 2. q. 132. art. 3. & communiter. Ratio est, quia in hoc magna interuenit deordinatio, cum enim id eueniat, siue explicite, quando plus appreciatue amatur venialis illa res, quam Deus ultimus noster finis; vel implicite, quando quis actualiter paratus est præcepta obligantia ad mortale transgredi, ut obtineat rem illam venialem, non potest non adesse gravis deordinatio, atque adeo culpa gravis, iuxta illud Sancti Augustini, *hom. 24. in Ioan.* & refertur c. *annuorarium*, 25. dist. 6. 1. Nullum peccatum est adeo veniale, quin fiat criminale: dum placet. Subintellige, dum placet, ut finis ultimus.